



Occasionalia VI-183  
potissimum Carmina  
vol. 2<sup>o</sup>  
P-V

VI-183-

CVM  
PERILLVSTRIS ATQVE  
EXCELLENTISSIMVS

DOMINVS  
DN. IO. GEORGIVS  
A PONICAV

POTENTISSIMI POLONIARVM  
REGIS AC PRINCIPIS ELECTORIS  
SAXONIS IN SVMMO PROVOCATIONVM  
SENATV PRAESES ITEMQVE RERVM  
METALLICARVM DIRECTOR

DYNASTA POHLAE SCHOENBRVNNAE  
TASCHENDORFI ET MINORIS OPIZI  
HEROS AC LITERARVM MAECENAS  
SVMMIS IN SAXONIA MERITIS  
INCLVTVS

IN INTIMVM STATVS ET SAN  
CTIORIS SENATVS CONSILIVM  
ARCESSERETVR

TANTI HONORIS ACCESSIONEM  
RELIGIOSA PIETATE ATQVE OBSERVANTIA  
ILLI CONGRATVLATVR

ACADEMIA VITEMBERGENSIS

---

VITEMBERGAE  
LITERIS CHRISTIANI SCHROEDERI ACAD. TYP



**H**uc ades, huc Aethon, Piroisque, Eoë, Phle-  
gonque,

Acrius, atque alias, uestris iuga tollite collis,  
Solis et huc citius perfulgida ducite plaustra.

Optume Phoëbe, Tuum cursum mora nulla re-  
tardet,

Lactor ex coelo quo splendida lumina uibres.

Hic erit ille dies, **PONICAVIVS** intima celsus

Quo pede Sarmatici fausto atria Regis adibit,

Omnibus et docta pro uiribus arte iuuabit.

*Suauia Misniades* nunc carmina pangite Musae.

Garrula floriferi tu nuncia ueris, alaunda,

Carmine quae summas agitaris ad aetheris auras,

Montibus Hercyniae sublimibus accine famam,

Talia pro meritis quod praemia diuidat aula

Saxonis, atque Viros tam dotibus ornet opimis.

*Suauia Misniades* nunc carmina pangite Musae.

Naiades, oceani quae fertis ad ostia magni

Pinea tecta, patri noua nuncia dicite uestro,

Dicite, sinceris uirtutibus usque relinqui

Et decus in uastis et praemia Saxonis oris;

Audiat ex uobis canus noua nuncia Nereus.

*Suavia Misniades* nunc carmina pangite Musae.

Concipit Eusebie placida noua gaudia mente,

Vanaque tartarei conamina despicit orci,

Et sine labe docet sua dogmata uera timoris,

Ipsa uel innumeris rumpantur ut ilia Cœdris.

Sæpius auxilium **PONICAVIVS** attulit

illi

Tristibus in rebus cum Numine, sæpius ausu

Sustulit illius fausto mala feruida prudens.

*Suavia Misniades* nunc carmina pangite Musae.

Quam Themis in templis et iubila laeta celebrat,

Quamque ouat, Illustris Tibi Vir bene forte ca-

dente,

Floruit illa diu Te praeside, spreuit inanes

Quas furor insidias struxit malus atque tumultus.

Aurea pax uiguit multum stetit integra uirtus,

Pluraque iam longe de Te sibi commoda sperat.

*Suavia Misniades* nunc carmina pangite Musae.

Cultior in sacro uultu sedet aede Minerua,

Artibus, utraque ac circumdata parte uenustis,

Huc ait, o quotquot studiis datis omnia, adeste,

Postea nullus erit frustraneus amplius ardor,

Maxima doctrinae stabunt sua praemia cuique.  
*Suauia Misniades* nunc carmina pangite Musae.  
Arripit haud segnibus fossor sua tela metalli,  
Antraque terrarum in scandit caua mente serena,  
Aëris haud tetros foedi timet ille uapores,  
Nec magis instantes terrae timet ille ruinas,  
Haud quoque, sudantem ne copia suffocet undae.  
Effodit ingenti cum robore, separat, effert,  
Ac polit argenti praegnantia pondera fului,  
Diuidit et domino cuius sua munera laetus.  
*Suauia Misniades* nunc carmina pangite Musae.  
Macte, VIR ILLUSTRIS, uirtutibus, ardua cura  
Munia, cumque animo, tum corpore, fungere saluo  
Plurima seclorum per tempora, maxima summi  
Tollat ad alta magis TE munera Gratia REGIS.  
Hos TIBI de toto pia Leucoris optat honores  
Pectore, fortunae tum prospera fata secundae.  
Tu modo Leucoridi sis dexter, et usque suorum  
Commoda promoueas, quod supplice mente pre-  
camur,  
Suauia sic hilari TIBI pectine carmina pangenet.

A. R. S. cl. 10 CC XXI

Ang. II 183

VD 18  
VD 17



CVM  
PERILLVSTRIS ATQVE  
EXCELLENTISSIMVS

DOMINVS  
D. GEORGIVS  
ONICAV

SSIMI POLONIARVM  
PRINCIPIS ELECTORIS  
SVMMO PROVOCATIONVM  
RAESES ITEMQVE RERVM  
LICARVM DIRECTOR  
OHLAE SCHOENBRVNNAE  
DORFI ET MINORIS OPIZI  
LITERARVM MAECENAS  
IN SAXONIA MERITIS  
INCLVTVS

VM STATVS ET SAN  
S SENATVS CONSILIVM  
ARCESSERETVR  
MONORIS ACCESSIONEM  
METATE ATQVE OBSERVANTIA  
LI CONGRATVLABATVR

ACADEMIA VITEMBERGENSIS

VITEMBERGAE

LITERIS CHRISTIANI SCHROEDERI ACAD. TYP

